

Johann Bacmeister

**Programma Quo Ad Solemnam Admirandae Et Salutiferae Incarnationis  
Salvatoris Et Redemptoris Generis Humani Jesu Christi Festivitatem devota  
pietate, debitaq[ue] cum gratitudine celebrandam Rector Academiae  
Rostochiensis Joannes Bacmeisterus Med. D. P.P. & Poliater Omnes Academiae  
Cives invitat ac ferio hortatur : [P.P. sub Sigillo Rectoratus XXV. Decembris Anno  
CI ICLV.]**

Rostochii: Kilius, [1655]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734939396>

Druck    Freier  Zugang



R.U. Progr. 1655  
Johannes Baumeister  
Progr. ad natalem Iesu Christi.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734939396/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734939396/phys_0002)



PROGRAMMA

QVO  
AD

SOLEMNEM ADMIRANDÆ ET SALVTI-  
FERÆ INCARNATIONIS SALVATORIS  
ET REDEMPTORIS GENERIS  
HVMANI

JESU CHRISTI  
FESTIVITATEM

devotâ pietate, debitaq; cum gratitu-  
dine celebrandam.

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERVS

Med. D. P.P. & Poliater

Omnes

ACADEMIÆ CIVES  
*invitat ac seriò hortatur.*

---

ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typog.

 I temporum memoriam replicamus, eandemq; accurate pervolvimus, nullum ferè populum in immensâ hâc rerum universitate unquam fuisse deprehendimus, qui homines virtute & rerum præclare gestarum gloria insignes ac de republ. optimè meritos, majoribus honoribus affecit, quam Romanos. Non solum enim eorum Natales in Fastos relatios quotannis peculiari ritu & singulari solennitate transe gerunt: sed etiâ Statuas & Monumenta illis erexerunt, ac Dijs adnumerarunt. Suetonius l. 2. c. 57. de Octavio Cæsare Augusto resert, quod Equites Romani natalem eius sponte atq; consensu s. confessu, biduo semper celebrarint; & Dio Cass. lib. 54. Augusti natalem Circensibus & Venatione quotannis per unum aliquem è Prætoribus fuisse celebratum narrat, quos ludos deinceps de nomine Augusti vocatos Augusta'es Tacit. l. i. annal. c. 16. testatur. Cum enim ex Graciensi & Siculâ peregrinatione redux Augustus, passus est inter alios honores Υπάτης επινεγώγω βαρὺν ιδρυθῆναι, τὸν ἦμέραν ἦν αφίξοιο τοὺς Τελαις ιερεμηνίας αερθμαῖσθαι, τῷ Αὐγύστου λιτερονάζεσθαι. h. e. Fortunæ Reduci aram sacrari, diemq; sui redditus inter ferias referri, & Augustalia dici, teste Dion. Cass. lib. 53. Verum quod Suetonius de Ordine Equestri solum affirmit, id alijs de plerisque oriam Collegijs verum esse scribunt, qui eundem diem quoq; festivum habuerunt, & insuper Arcam ipsis communem ad festivitatibus eius impensas constituerunt, quemadmodum id ex Veteri hâc inscriptione quæ Romæ reperitur, patet.

COLLEGIO. CENTONARIORVM. CVM. BASI. MARMOREA. ET.  
CERIOLARIB. DVOBVS. ÆREIS. HABENTIBVS. EFFIGIEM. CUPIDINIS.  
TENTENTIS. CALATHOS. L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D.  
HOC. AMPLIVS. ARK. RET. P. COLLEGII. SS. DONVM. DEDIT. -X-V.  
VT. EX. VSVRIS. CENTESIMIS. EIVS. QVANTITATIS. QVÆ. EFFICIT.  
ANNVOS-X-DC. DIE. VIII. KAL. OCTOB. NATALI. DIVI. AVGUSTI.  
EROGENTVR. EX. ARK. Quod idem Tacitus loc. cit. etiam confirmat, &  
addit, Tribunos his Ludis præfectos mortuo Augusto qf. sacros habitos fuisse,  
¶ tri-

& triumphali ueste usos esse, ad exemplum Consulū & Prætorū, quibus  
in Circo ludos præbentibus jus togæ pīctæ secundum juvenal. lib. 4. sat. 10.

Et medio sublimem in pulvere Circi

In tunica Jovis, & pīctæ Sarrana ferentem.

Ex humeris aulea togæ.

Senatus Insuper cum Pop. R. filiali Augustum observantia prosecuti sunt,  
dum ipsum per Valerium Messallam Patriæ patrem consalutarunt, quem-  
admodum id Sueton. l. 2. c. 58. annotavit, & Ovid. lib. 2. Fastor. Vbi de  
laudibus Cæsaris Augusti sic loquitur.

Sancte PATER PATRIÆ; tibi plebs, tibi Curia nomen

Hoc dedit; hoc dedimus nos tibi nomen eques.

Res tamen ante dedit: sero quoq; vera tulisti

Nomina. Jam pridem tu Pater Orbis eras.

Hoc tu per terras, quod in æthere Juppiter alto,

Nomen habes; hominum tu pater, ille Deum.

Nec non Horatius l. 1. Carm. Od. 2. Hic ames dici Pater atq; Princeps.  
Quamvis autem summus hic erat honos; tamen nondum acquiescere po-  
tuerunt sed, cum Mense sextili & primum Consulatum inijsset, & tri-  
umphos tres in urbem, intulisset, & ex jahiculo legiones deductæ, se-  
cutaq; fuissent eius auspicia ac fidem, ac Ægyptus hoc mense in po-  
testatem redacta fuisset, finisq; hoc mense bellis civilibus impositus  
esset: atq; ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus esset,  
placuit Senatui, ut hic mensis honori AUGVSTI daretur, & inpo-  
sterum Augustus appellaretur, Macrobius teste. Quot autem & quales  
Statuas & Monumenta ubiq; locorum in honorem AUGUSTI erexerint,  
hic nimis longum foret recensere, nec unius Programatis pagellæ omnia ca-  
pere possent: Quia tamen illis delectatur, pervolvat Inscriptiones antiquas  
Orbis Romani à Jano Grutero collectas à pag. 224. ad. 238, Vbi plus quam  
LXXX. reperire licet. Tandem quoq; Divinum ipsi AVGVSTO exhibue-  
runt honorem, illumq; DEVUM esse & personam hominis induisse ad orbem  
pecandum, Romanæ fidicen lyræ l. 1. carm. Od. 2. clare testatur, quando

Sive, inquit, mutata juvenum figura

Ales in terris imitaris, almæ

Filius Majæ, patiens vocari

Cæsaris ultor.

Non dicam jam quid de Ludibus quinquennalibus tam à Senatu Pop: q; Ro-  
mano, quam ab ipso etiam Herode Judææ Rege ad honorem gratiamq; AV

**GVSTI** institutis Sueton. ip August. Tacit. l. 14. Annal. c. 18. & Joseph. l. 15.  
Antiquit. judaic annotarunt. Silentio quoq; involvam ea, quæ de J. Cæsare,  
Tito, Nervâ, Antonino, Domitiano & alijs historiographorum codices nobis  
reliquerunt. Horum namq; Natales præcipua cum veneratione coluerunt,  
& præclara ac exornata Trophæa, Illustrium Victoriarum insignia in dis-  
junctis terrarum oris in illorum honorem erexerunt; Vnde de Natali Do-  
mitiani Imperatoris Martialis

Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa.

Conscia Diœtum qua tulit ida Jovem.

Nec Viris solum, sed & Fœminis præprimis autem Veturiæ & Volumniæ ædes  
ac aras ceu nunquam intermoritura animi grati monumenta exstruxerunt,  
quod illa Natum, hæc verò Maritum suum dilectum Coriolanum  
Vrbis Romæ patriæ suæ ingratæ bellum inferentem, precibus expugnarit, ac  
ita eam ex flammâ atq; ferro ac pœne ex faucibus fati eripuerit & conserva-  
rit. Quod si igitur Romani, quorum animi densissimis errorum tenebris  
involuti, ea, quæ nobis divinitus affulgit, æternæ veritatis luce caruerunt,  
unius duntaxat Vrbis aut Regionis liberatoribus & liberatricibus tanta ho-  
norum insignia detulerunt. Quanto æquius erit, ut nos, qui Christianorum  
sacris iniciati sumus, memoriam eius diei celebremus, quâ Filius DEI, cuius  
Majestas erat infinita, Potentia interminata, Sapientia inexhausta, magni-  
tudine amoris abruptus ex augustissimo Majestatis suæ fastigio semetipsum de-  
mittens ad humanae conditionis humilitatem accommodavit, nostræq; car-  
nis tuniculâ se amicivit, ut nos, Cacodæmonis calliditate improbisimâ in  
fraudem pellectos, à pœnis æternis liberaret, & in antiquum dignitatis lo-  
cum apud Patrem suum Cœlestem restitueret, sicq; non unius Vrbis & imperij,  
sed totius Orbis terrarum, totiusq; mortalium generis liberator & redemi-  
tor fieret. Nam ad rerum à Christo fortiter gestarum collationem vel  
omnia omnium Imperatorum Romanorum Trophæa monumenta, non di-  
cam sordent squalentq; misere, sed in nihilum prorsus evanescunt. Etenim  
liquido constat, quanto æterna temporalibus, immortalia caducis, divina  
humanis antecellunt, tanto esse Victoriam, quæ à spiritualibus reportatur  
hostibus, anteponendam reliquias à corporalibus reparatis victoriis omni-  
bus. Cum itaq; Dies hic sanctissimis Patriarchis ac Prophetis diu multumq;  
optatissimus denuo nobis illuxerit, Veræ Religionis pietas quoq; efflagitat,  
ut eum cum ECCLESIA rite celebremus, & IMMANVELIS nostri beneficia,  
quæ humano generi exhibuit, cum Universâ Republicâ Christianâ decante-  
mus. Sive enī DIVINÆ IRÆ magnitudinem, sive magnam LEGIS DIVI-

N.A

NÆ VIM, sive denique, DIABOLI hostis nostri atrocissimi potestatem accusarius ponderaverimus, videbimus, omnia hæc Salvatoris nostri JESV CHRISTI optatisimo in carnem adventu esse sopita atque destruta. Tanta namque Divina Ira Magnitudo, ut eius aspectu mentes illæ caelestes & ab omni concretione mortali segregatae, percellantur, Cælum tot pulcherrimis ac flammatibus sideribus ornatum concutiantur, imò quævis animantium confundentur. Experti sunt illam primi nostri parentes in Paradyso. Postquam enim obliti mandati divini de arbore Scientiæ boni & mali comedissent, Paradyso exclusi Imaginem DEI miserunt, & per peccatum commissum mortem aliaque mala omnia in omnes posteros introduxerunt. Experti sunt eam posteri Adami circa Diluvium. Ob eorum namque peccata gravi Irâ incitatus Deus, tam homines quam cuncta animalia paucissimis cum Noacho exceptis in illâ terrarum inundatione delevit, funditusque evertit. Experti eam sunt Choræ, Datam & Abiram, qui, cum magnum in populo Israëlitico tumultu excitassen, Irâ divinâ cum omnibus eorum facultatibus partim ab igne è cœlo delapsa, partim à fundamentis terra debiliteribus vivi videntesque, absorpti sunt. Experti denique eam sunt Sodoma & Gomorrha regiones illæ fertilissimæ & opulentissimæ, quæ à præpotentis huius rerum omnium moderatoris Irâ ob tot gravia cum turpitudine & dedecore conjuncta scelerâ ita sunt everse & in cineres redactæ, ut earum jam nego vola nego, vestigium amplius appareat. Hanc igitur Infinitam Dei severissimi iram nullus mortalium vel punctum temporis sustinere poterat, nœdum superare. Per Filium itaque, cum esset homo conditus, per eundem quoque, servandus erat. Congruebat enim sapientiæ divinæ, ut per idem verbum per quod creati eramus, imago DEI depravata in nobis instauraretur. Ne igitur summum Creaturæ suæ opus perderet Deus, Filium suum unigenitum in utero puræ Virginis concipi voluit, ut conclusas Paradyssi fore reseraret, mortis specula frangeret, amissam salutem recuperaret, & iram Patris ardenter sua nativitate placaret; Cuius intercessione freti, hilari nunc fronte ad thronum Majestatis divinæ accedere, & remissionem omnium peccatorum petere; eamque, indubitate ab eo expectare possumus. Tantus insuper Legis divinæ rigor, ut à nobis absolutam & omni ex parte perfectam obedientiam postulet, aut mortem nobis in omnem æternitatem sustinendam atrociter minitetur, juxta illud. Deut. 27. Maledictus quoniam permanet in sermonibus Legis, nec eos opere perficit, & dicet populus omnis Amen. Quis autem unquam tanta sanctitate prædictus fuit, qui istam Legem totam implere: & quid dico totam implere? Imo partem illius perfectè planeque servare potuit? Nemo. Siquidem nos omnes

quot quot corporis compagibus sumus inclusi, septi hu[m]bris mortalibus & irretiti, ita lapsu Protoplastorum nostrorum corrupti & depravati sumus, ut id nullatenus praestare valeamus. Quid igitur nobis erat relictum? Nihil certe, nisi quam quod acerbissimam & severissimam Legis sententiam sempiternis supplicijs macularemur. Ne autem hoc fieret, ecce filius DEI unigenitus ex angelissimo Majestate sue throno se demisit, humanisq[ue] artibus se vestivit, ut nos, qui jam jam in aeternum ignem perpetuosq[ue] cruciatus eramus abiiciendi, salutari suâ nativitate ab ista Legis damnatione in libertatem vindicaret. Tanta deniq[ue] hostis illius humani generis juratissimi Diaboli, qui dies noctesq[ue] ceu Leo rugiens nos circumnit, furens audacia, pestem & perniciem nobis machinans, potestas, ut ferro ac humana potentia vel virtute debilitati frangiq[ue] non poscit. Nam Dominus ipse apud Jobum. c. 14. inquit: Cum gladius illum infernalem Leviathan apprehenderit, non moveretur: neque etiam moverur ad lanceam, arma, loricam. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum Vir sagittarius; pro quisquilijs habentur apud ipsum lapides fundæ. Quasi stipulam aestimabit missilia & deridebit vibrantem hastam. Quis autem erat, qui nos ab hoste hoc crudelissimo liberare, & durum illud graveq[ue] servitutis jugum, quo nos Cacodæmon oppresserat, manu vindice poterat propulsare? Non certe Angelis, multo minus aliis quispiam sanctorum huic oneri par fuit: Sed ipse DEI filius hostes infernales immanitate plusquam barbaros, multitudine innumerabiles, locis infinitas, & omni copiarum genere abundantes devicit ac debellavit, veneficum serpentis infernalis caput contrivit, & nos miseros aeternaque damnationi addictos ex caliginosissimus Satana ergastulis eruit, erutosq[ue] in celeste domicilium traduxit. O igitur admiranda & nunquam satis depraedicandam Filii DEI nativitatem! O mysterium vera divinum & omnium maximum! O singularem & omnibus ante seculum inauditam Filii DEI humanitatem! qui ex augusta Cœli aula in hanc angustam Terræ caulam, ex tranquillo in turbidum, è summâ felicitate in extremas miserias, & deniq[ue] in acerbissimum teterrimumq[ue] mortis genus se coniçere non dubitavit! O ineffabilem, inestimabilem, in totum genus humanum CHRISTI amorem! Admirabantur historiae veteres Damonem & Pythiam Pythagoreas, quos ferunt hoc animo inter se fuisse; ut, cum istorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui morii addictus esset, paucos sibi dies convenientiorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter eius sistendi; ut, si ille non revertisset ad diem dictum, sibi ipsi moriendum esset.

eret. At verò si in eo, quod mortalium quispiam pro amico in causa capitilis vadem dare veritus haud fuit, admiratio est: Hoc certe quanto admirabilius est, DEI Filium, Deumq; ipsum, ut nos nostro merito sibi inimicos, aeternis eriperet supplicijs, tot tamq; dira ac vel dictu vel cogitatu aspera atq; horribilia sustinere voluisse. Christus namq; est qui cœlestis patris furorem natiuitate sua in favorem vertit: Christus est qui à nostris cervicibus, Legis jugum omnime mole gravius, totoq; Mundo ponderosius devolvit. Christus est qui nos miseros, peccatorum sordibus inquinatos Diaboliq; potentia captos, ex ipsis ore & fauibus eripuit & conservavit. Christus est qui nativitate sua felicissimum reparatæ salutis dedit initium. O laudandam igitur felicitatem nostram! Nobis enim Messias, cuius desiderio prisci Patres tantopere flagitabant, quemq; tantis laudibus ornabant ac cumulabant, est exhibitus. O divinam lucem, qua errorum tenebrae, in quibus hactenus versati sumus, sunt discussæ, vanæq; Ethnicorum superstitiones & Deorum cultus sublatæ. Obmutuere nunc vera huius lucis virtute, Daemonum responsa; Evanuere Oracula. Apollo Delphicus Augusti Cæsaris Legatis sciscitantibus, ecquis ipsi in Imperio Romano successurus esset, hoc Rege nostro nato respondisse traditur,

Me puer Hebræus divos Deus ipse gubernans

Cedere sede jubet, tristemq; subire tub Orcum.

Aris ergo dehinc tacitis discedito nostris.

Quod etiam subsequentes Porphyrii versus libro τῷ ἐν λογιῶν Φιλοσοφίᾳ, testantur,

Οἱ οἱ μοι Ἱερὶ πόδες στραχήσατε οἴχετ’ Ἀπέλλων

Οἴχετ’, ἐπεὶ Φιλοζόεν μεβίαζετε ςεγίνιον Φῶς.

b. e. Væ, væ, mihi, tripodes lugete, perijt Apollo;

Perijt, quoniam ardens mihi vim infert cælestè lumen.

Quibus autem, o dulcissime JESV, totius Mundi unica salus, te laudibus effremus? quibus te studijs prosequemur? quae te benevolentia complectemur? Quo te in honore habebimus? quo te obsequio, quo te DEI Filium osculo, ne forte irascaris, & nos in via pereamus, dignabimur? Angeli illæ anime quæ ab omni corporis admistione puræ sunt, hoc tempore gaudium suum immensum recondere non potuerunt, sed, quasi excelsum illud plenum stellarum domicilium & illustre lætitiae suæ promendæ non satis amplum foret, facto agmine in terras delapsi sunt, ac Natalem tuum cantibus edendis & nuntijs afferendis dictis & factis mirifice honestarunt. Quanto magis nos decebit

sur-

sursum corda tendere, cogitationes terrenas abducere, totosq; nos tibi IMMA-  
 NVELI nostro devovere & dicare. Lætemur itaq; & exultemus in hoc pa-  
 triæ cœlesti Natali die, quem fecit Dominus, gratisq; animis felicitatem hanc  
 nostram interpretemur; quia nullum collati in nos beneficium præmium, nullum  
 insigne honoris, ô suavisime JESV, postulas, præterquam ut memoriam huius  
 diei semipaternam agamus, sermonibus augeamus, seris nepotum vocibus hunc  
 tuum Natalem cum veneratione celebremus, tibiq; Regi ac fratri nostro divi-  
 num illud & Angelicum melos, Gloria in excelsis Deo, in terra pax, &  
 hominibus bona voluntas, lata mente & pia voce accinamus. Dion.  
 Cass. hist. l. 47. decretum Romæ à Triumviris fuisse, scribit, ut Cæsaris  
 Natalis ab omnibus animo læto, lauroq; coronatis celebraretur, qui  
 id neglexissent, execrationibus Jovis Cæsarisq; ipsius haberentur ob-  
 noxij: Si senator, aut filius senatoris, in eo deliqueret is mulctam de-  
 cies sextertium penderet. Imperatoris & Salvatoris nostri natalitia qui  
 prophanare ausi fuerint, & in Oenopolis, tabernis imo fornicibus & ganeis  
 delitescere, quam in æde sacrâ concionibus vacare, per plateas compitatum  
 grassari, tetris & nesandis clamoribus omnes Civitatis angulos implere, quam  
 Angelicis hymnis nato JESV applaudere maluerint, illos non pecunaria  
 mulcta, sed Ira JEHOVÆ comprimet & coercent. Si igitur, Cives Acad-  
 mici, non stygij Diaboli fœcibus, infernaliue applauda, sed nocte & vera  
 IMMANVELIS nostri Ambrosia frui vescig; desideratis, nolite vos ipsoꝝ, quos  
 DEVS homines creavit, huiusmodi boatu, latratu, grunnuitu rugitu in bestias  
 tales, quorum sonos editis transformare, vobisq; ipsis, periculum & toti cœtui  
 odium & invidiam conciliare. Studiorum gratia à Parentibus in hanc no-  
 stram ablegati estis Academiam; studijs itaq; ut invigiletis, dies hos festos  
 puerο JESV totos dicatis, consecretis, ac in pace, quæ nobis per JESVM red-  
 dita est, vivatis, proq; salute publicâ & privatâ calidas preces fundatis, hor-  
 tor. P. P. sub Sigillo Rectoratus XXV. Decembbris Anno CIJ 10CLV. Cu-  
 ius exitum instantisq; Novi anni ingressum. Vobis omnibus auspiciatissi-  
 mum animitus precor.

• 6(0) •



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734939396/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734939396/phys_0011)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734939396/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734939396/phys_0012)



effet. At vero si in eo, quod mortalium quispe  
vadem dare veritus haud fuit, admiratio est:  
lius est, DEI Filium, Deumque ipsum, ut nos nos  
nisi eriperet supplicijs, tot tamq; dira ac vel dicti  
ribilia sustinere voluisse. Christus namq; est qui  
vitate sua in favorem vertit: Christus est qui  
gum omni mole gravius, totoq; Mundo pondero  
nos miseros, peccatorum sordibus inquinatos  
ipsius ore & fauibus eripuit & conservavit. O  
felicissimum reparatæ salutis dedit initium.  
tem nostram! Nobis enim Messias, cuius desi  
flagitabant, quemq; tantis laudibus ornabant.  
O divinam lucem, qua errorum tenebra, in qua  
sunt discussæ, vanæq; Ethnicorum superstitione.  
Obmutuere nunc vera huius lucis virtute, Da  
Oracula. Apollo Delphicus Augusti Cæsaris Lega  
Imperio Romano successurus effet, hoc Rege nost

Me puer Hebræus divos Deus ip  
Cedere sede jubet, tristemq; sul  
Aris ergo dehinc tacitis discedi

Quod etiam subsequentes Porphyrij versus li  
pias, testantur.

Οἱ οἱ μοι τείποδες σοναχηστε  
Ćiχετ', ἐπέι φλοζοὲν μεβίαζε  
h. e. Væ, væ, mihi, tripodes lugete, p  
Perijt, quoniam ardens mihi vi

Quibus autem, o dulcissime JESV, totius Mundi  
remus? quibus te studijs prosequemur? quare  
Quo te in honore habebimus? quo te obsequio,  
forte irascaris, & nos in viâ pereamus, dignabim  
ab omni corporis admistione pure sunt, hoc tem  
sum recenderem non potuerunt, sed, quasi excelsus  
micilium & illustre lætitiae sua promenda no  
agmine in terras delapsi sunt, ac Natalem tuum  
afferendis dictis & factis mirifice honestarunt.

causa capitis  
to admirabi  
imicos, ater  
er, a atq; hor  
rorem nati  
us, Legis ju  
ristus est qui  
a captos, ex  
utivitate sua  
itur felicitati  
es tantopere  
est exhibitus.  
rsari sumus,  
lius sublatæ.  
; Evanuere  
, ecquis ipsi in  
isse traditur,

av φιλοσ-

v

6.

elumen.

audibus effe  
nplectemur?  
im osculo, ne  
animæ que  
ium immen  
ellarum do  
foret, facto  
lis & nuntijs  
nos decebit  
sur-



Image Engineering Scan Reference Chart T5623 Serial No.